Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36543
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



p fectus monachus esses. non respectasses nos
sic ut agnosceres quia femine eramus.
Intrauerunt aliquando fres in alexandriam.
in uitatu ab archiepo theophilo. ut psenti
bus illis oratione facta do odiosa destruerent
templa paganorū. Et manducantib; eis cū
archiepo. ministrate sunt [illegible]
carnes uitulinę. & manducabant nichil
decernentes. Et accipiens archieps unū copa-
diu. dedit iuxta se recubenti seni dicens. Ecce
istud bonū copadiū est. manduca abba.
Illi aū respondentes dixerunt. Nos usq; m
credebamus quia holera manducaremus.
Nā si carnes sunt. n manducabim. Et ut
nemo ex eis acquieuit gustare. Alia.
Egrotauit quidā senū aliquando magna
infirmitate. ita ut deuiscerib; multū san
guinis egereret. Et attulit quidā frater
nixas siccas & fecit pultes. & obtulit seni
& rogabat eū dicens. Comede. quia forte
expedit tibi. Intuens aū senex diutius dix.
Vere dico quia uolebā ut me dimittere
ds in hac infirmitate esse alios xxxx annos.
Et nullo m acquieuit senex in tali infirmi